REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 87r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

sapiens paucis utitur uerbis. Breuem sermonem sapientia facit.
loqui multum stultitia est. Vox enim insipientis in multiplica
tione sermonis. DE DETRACTIONE

Maneat igitur in uerbo mensura. in sermone sit statera
Semp uerba tua modera modum loquendi non transge
as. Abscide ergo a lingua uitium detrahendi alienam uitam
non lacerei. de malo alieno os tuum non coinquines. Non de
trahas peccatum sed condole. Quod in alium detrahes inde potius
pertimesce. Detractio graue uitium est. detractio grauis damna
tio est. detractio graue peccatum. est. hoc omnes reprehendunt.
hoc omis uituperant. hoc fedius nihil est. hoc summe turpitudinis
est. Quando alium detrahes te discute. quando alium mordes. tua
peccata redarque. Siuis detrahere ad tua te peccata retorque.
Non alterius delicta sed propria cerne. Vitia tua non aliena intende.
Num quam detrahes sire bene respexeris. De tua igitur correctio
ne esto sollicitus. De tua salute & emendatione esto adtentus. Detra
hentes non audias. susurrantibus auditum non prebeas. Pari reatu
detrahentes & audientes tenentur. Vtrisq; simile discrimen inpenditur.
& qui detrahente audit & q detrahit. QCVRIOSVS EST.

Quod adte non pertinet noli querere. Quod inter se locuntur
homines cognoscere numquam desideres. Noli querere qd
quisq; dicat uel faciat. Et uita curiositate omitte curam que ad causam
tuam non pertinet. Omitte curas alienę uitę. Nulla curiositas animu
tuum capiat. Nulla te concupiscentia detestandę curiositatis subripi
at. Ne oblitus tuorum morum alienos perquiras. Tanta cura corri
ge uitia tua quanto studio perspicis aliena. DE MENDATIO CAVENDO.

Omne quoq; genus mendacii summopere fuge. Nec casu nec
studio loquaris falsum. Nec ut prestes mentiri studeas. Nec
quolibet mendacio uitam alicuius defendas. Caue mendacium in
omnib;. Mendacio enim fides tollitur. error inducitur. ueritas obolitur
nullum iustum mendacium. Omne quod mendacium est peccatum est.
Omne quod auertitate discordat iniquitas est. Leges scti falsarios damnant.
mendaces punium fallaces perimunt. Si mendaces apud homines